2

FVNVS PARASITICVM,

SIVE

L. BIBERII

CVRCVLIONIS

PARASITI,

Mortualia.

Ad ritum priſci Funeris.

Acceſſit, de Paraſitis, & Aſſentatoribus, Appendix.

ITEM,

IVLIANI CÆSARIS EPISTOLA

NVNC PRIMVM IN LVCEM EDITA,

cum latina interpretatione & Notis

NICOLAI RIGALTI. P.

LVTETIÆ,

Apud AMBROSIVM DROVART, via Iacobæa, ſub ſcuto ſolari.

cIↃ. IↃC. I.

Cum priuilegio Regis Chriſtianiſs.

Digitized by Google

Digitized by Google

L. BIBERII

CVRCVLIONIS PARASITI, Mortualia.

Ad ritum priſci Funeris.

ATLANTES, vt veterum ſcriptorum memoriæ narrant, placida & facili fruuntur quiete, nec inſomnia vident, qualia reliqui mortales. Equidem apud eos eſſe nimis aliquando vellem, ita me nocturnæ terrent imagines: ex carúmque rerum, quas vigilans egi aut cogitaui, reliquiis inhærentibus, iiſque permiſtis ac turbatis, mirabiles exiſtunt ſpecies ſomniorum, adeoque

Leut ſomna mens, ſonorinas imagines
Adſatur, ſomno non vmbrantur pupulæ.

Id ex mei corporis auſteriore temperatura oriri Medici putant: atque ita adfectos, ingenioſos, ac πολυφανταςτους eſſe grauiſſimi Philoſophi adſeuerant. Itaque iam ferè diſcuſſa noctis caligine, aureus ille totius orbis oculus, ſingula quæque paulatim ac

ſine ſenſu colore reddito diſtinguens, pulcerrimã noſtris oculis varietatem proponebat, ecce in ipſo crepuſculi momento, perſonæ terribiles, ſiue laruæ ſint, ſiue, vt Græci dicunt, μορμολυκεῖα, naturales diurni laboris inducias violare viſæ. Item tumultum quaſi circumſtrepentium vngularum, ſonitũ etiam aſperum, dixiſſes ruditum, inaudiui.

--- ὦ πότνια χθὼν;
Μελανοπτερύγων μᾶτερ ὀνείρων,
Ἀποπέμπομαι ἔννυχον ὄψιν.

Horror extemplò me pauidum inuaſit, & obtulere ſe mihi Lucius Apuleius & Lucianus, numeroſa cincti monſtrorum cateru. Ludebant autem, vt mihi tum videbatur, Harpaſto, ſiue ludo cœleſti. Pilam ſcilicet

--- ἕτερος ῥίπτασκε ποτὶ νέφεα σκιόεντα
Ἰδνωθεὶς ὀπίσω, ὁ δ' ἀπὸ χθονὸς ὕψόσ' ἀερθεὶς,
Ῥηϊδίως μεθέλεσκε πάρος ποσὶν οὖδας ἱκέσθαι.

Atque in eo ludo is demum Rex audiebat, qui pilam veluti de cælo alteri præripiebat, qui nec rapere poterat, Aſinus habebatur. Quæ quidem ludendi ratio huc ad nos vſque, puto, tranſiit. Res enim diuinas, quæque cœlum proximè attinent, plærique quaſi pilas ſparſiuas habent, & vicariâ operâ dant, reddunt; eaſque qui ſubtilius arripit, is admodum quàm ſollers, & egregiè cordatus exiſtimatur, ceteri ignaui, ſtolidi, Aſini denique cen-

Digitized by Google

ſentur. Sed facilè & æquo animo Lucius meus Aſini appellationem inter Aſinos ferebat. Nam vt arquatis, quæ lurida non ſunt, æquè vt lurida videntur,

Et contage ſuâ palloribus omnia pingunt,

Sic illis perfectis Aſinis Luciùs videbatur Aſinus,quum tamen animo eſſet verè humano,ac pæne diuino. Interea dum hæc mecum attentius conſidero , viſus mihi philoſophari Lucius ad hunc ferè modum.

Prò DI immortales ! Etiamne ſtolidum Aſinorum pecus per terras graſſatur, & humanam naturam, quam ſummus ille rerum opifex mentis altæ capacem, & cognatam ſideribus fecerat, ignaua præcordia deformant? Atenim primæuæ beatitatis fructus , quaſi perenni poſſeßione,& naturali potiùs quàm legitima ſucceßione,deriuandus in poſteros, ſi nec ipſi ſe ſe in vitium ſponte atque exitium induiſſent , adeoque in poſt-futuros innumeram monſtrorum turbam traieciſſent. Nam ex inde corrupta natura nullis elegantioris vitæ fulta praeſidijs, imò fœdæ mancipata inertiæ, tandem in Aſininam indolem degenerauit. Atque vt de oliuæ nucleo exſurgit oleaſter, ita & parentum noſtrorum ætas,cùm iam veluti ſilueſtris, à maioribus ſuis defeciſſet, tulit

Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitioſiorem.

Scio miſertum humanae miſeriæ Prometheum, (& ſanè

is mihi magis quam Epimetheus arridet, eiuſque exemplo prudentia quadam & ſollertia vitam meam omnem rego) ſcio eum denſiſsimam ignorantiæ caliginem artium fulgore illuſtrare voluiſſe. Nam, vt rumor eſt, in cœlum quondam admiſſus, igneum ſolis vigorem diligentiùs inſpexit, eúmque ob mirabiles effectus, recreandis Aſininis hominibus vſui ſibi fore putauit. Ferulam igitur quam ad hos vſus ſecum tulerat, admouit, ignémque ipſa concepit ac celauit. Rediјt poſtea Prometheus ad ſuos Aſinos, & φιλανθρώπῳ τρόπῳ ferulam illis obiecit: vt quo pacto γλυκύπικρα medentium pocula, ſummas oras melle circumlita inualidis ægrotantium ſenſibus imponunt, interim tamen adflictam valetudinem reſtituunt, ita illi, ſimul ac ferulam, Aſinorum delicium, adſpexiſſent, auidè eam adpeterent, & ſimul igneo flore quem intus cluſerat, languidos & ignauos ſpiritus excitaret. Sed inritus Promethei conatus, nec vlterius ad ſperatum euentum potuit adſpirare. Nam è veſtigio conſpectâ ferulâ, Aſini, quaſi ſatias eos cepiſſet, faſtidire, & nauſeare cœperunt: quo modo & ὄνος ἐν μύρῳ excandeſcit, & porcus margaritas roſtro proterit. Ea re iratus Iupiter, & cœleſtia dona tam nequiter abuſa ægrè ferens, Prometheum diris exemplis, & ἀπανθρώπῳ πάγῳ, Caucaſo adfigi iuſsit, bis pedes, bis brachia. Atque etiamnum penderet, niſi eum à maxima mala cruce Hercules exemiſſet.

Pauſam querelæ fecerat Lucius, quum ego, licet in ipſa ſomni nebula, confidentior paullò, in-

terpellans, Quiſnam Deorum, inquam, aut hominum es? Quam rem oratum huc veniſti. Ille cum murmure: Tuus ſum Lucius, inquit, & fato neſcio quo, ſiue dolo malo, ad Aſinos diuorteram. adſum tandem, atque aduenio Onocrene inſulâ, vel ipſi Herculi inuiſâ: quippe quæ eſt vltra Gades. Nec audiendus Pindarus qui, τὸ πόρσω ἐστὶ σοφοῖς ἄβατον κἀσόφοις, putat. Cum enim terrenum hunc orbem Hercules obiret, & quicquid hominum cõmodis nociuum erat, conficeret, aut certè porrò abigeret, infinitam vim Aſinorum, quæ tum fortè ſuccreuerat, animaduertit omnia vaſtantem, ac veluti filicem felicibus agris innatam. Diu multúmque ſudauit in ſubole nequam exſtirpanda, ſed fruſtra. Tentauit igitur ſi eiicere, atque ad inculta & inhoſpita loca detrudere poſſet. nec male id illi proceſſit. Nam quicquid in orbe toto erat Aſinorum, coegit, & in inſulam, ex qua nihil aliud niſi χάος καὶ ζόφον, & immenſos æquoris tractus proſpicere licebat, relegauit: eámque inſulam ignobilem & ſine nomine eſſe voluerat; ſcilicet, vt quaſi cæcis immerſi tenebris, enauigare vnquam poſſe deſperarent, & vicinorum conſortio commercioque carerent. Enimuerò exorti tandem Curiones & mendaciorum loquaciſſimi Coſmographi, quibus cùm in iis locis venas auri argentique apparuiſſe renuntiatum eſſet, tanta fuit audentia, vt homini-

Digitized by Google

bus inde noui aliquid apportaturi, in Oceanum ſimul atque in inſulam inquiſiuerint, viámque Aſinis in has oras monſtrauerint. Hinc ignorantiæ, hinc ſtultitiæ, hinc deſidiæ, hinc aſininæ colluuionis facta diuortia: hinc denique inſulæ nomen inditum Onocrene.

Plura narraturum oppreſſit Lucianus, qui & ipſe Aſinus aliquando fuerat, imò etiam tum Aſinis quoque fauebat. itaque vt animo erat vario & verſipelli, ſophiſticam enim, ſtruendi ac deſtruendi artificem, callebat, multa in humanã curioſitatem, Philoſophico ſupercilio vultúq;, dicere viſus eſt, & ſi rectè commemini, eius hæc fuit oratio.

Sapienter & conſideratè Iouem opt. max. feciſſe arbitror, quum in Scythicam rupem Prometheum damnauit, tum audaciæ puniendæ, tum ceterorum curioſæ libidini coercendæ. Iam enim curioſitas humanæ genti familiare vitium erat, & liberior inquiſitio animos hominum perpruriſcentes immodeſtè titillabat. Vnde primùm accuratiùs inſpecta tellure, mirari cœperunt tantam frugum vbertatem, florum varietatem, herbarum abſtruſas & reconditas vires, vniuerſae terræ mare ſuperfuſum & circumfluum. Hinc vbi Thaumantis ſingula perluſtrauit, indagatio nata initiorum, vnde omnia ſint orta, generata, concreta: Qua ratione mare terram vndique allambendo, & per eius planitiem veluti pedibus progrediendo, modò caput efficiat, inde in brachia digitóſque ad com-

munem

munem vſum diffindatur. Quæſitum etiam quî fiat vt in iis quae terra producit, alia nunquã honorem deperdant, ſempérque vernantia opes oſtentent ſuas: alia, veluti mutuâ officii præſtatione, inuicem ſibi ſuccedant, alia rurſus, vt homo rei ſuae inimicus, poſtquam omnia ſua ſemel bene præbuerint, nuda deinde & depoſita proſtent. Quæſitum cur ipſa tellus modo vallibus depreſſa ſubſidat, modo montibus gibboſa conſurgat. Veſuuium ipſum arenas & flammarum globos eructantem, anxia cogitatione ſollicitior Plinius quum incautè inſpiceret, vapore ſulphureo praefocatus concidit exanimis. Ventum iam ad ipſa magnæ Matris viſcera, & effoſſa ſubinde metalla lucem adſpexerant, quum tandem quotidianus vſus contemtum peperit: & ſordebat iam hominibus terra, quum altiùs ſeſe erigentes, cœleſtia illa ſidera conſiderarunt: & qua ratione Sol oriatur & occidat, multiplices illius effectus perſcrutari voluerunt. Qua etiam ratione Luna, vti homo, ſaepenumero immutetur. eáque ſola, DI boni! quam multiformi ambage torſit ingenia contemplantium. Sed & vniuerſam cœli machinam, homulli ſimiae, temerario auſu, humano artificio conſtruxerunt. Conſtat Archimedem ſphaeram vitreã confeciſſe, quae Solis annuos & Lunae menſtruos labores, aſtrorũ praeterea conuerſiones mirè exprimeret. Neque hîc etiam humanae cogitationi poſitae metae, imò itũ vlteriùs, & tentata diuinae naturae cognitio. Sic accidit, vt nonnemo diuina omnia humano & audaci animo metiens, ſupremam illam & domina-

tricem mentem, quia videre non eſt, eſſe neget;

--- & quam non inuenit vſquam,
Eſſe putet nuſquam. ---

Atque inde gliſcente ſciendi ardore, alius ſuperſtitioſa curioſitate DIs omnia repleuerat. erátque iam Deorũ numerus auctior quàm hominum. Sed tanta copia & turba ſatietatem & faſtidium cito attulit, & quod ſuperſtitioſè colebatur, malitioſè cœpit irrideri. Quinetiam veſana illa cupiditas eò proceſſit audaciæ, vt Deorum numen noménque adrogare ſibi voluerit. Quis enim non rideat luctuoſam Empedoclis ambitionem? qui cùm ſuorum aliquando ſe ſurripuiſſet oculis, ardentem Ætnam inſiluit, vt nullibi terrarum inuentus, in Deorum abreptus concilium crederetur.

Alia multa Lucianus cum Aſinis ſuis nequicquam loquebatur. Illi ridere aut rudere (nec enim qualitatem ſoni diſcriminare poteram) & riſu ſiue ruditu horrendum neſcio quid adclamare. Interea temporis catus Lucius meus, in cetera Aſinorum turba & rutuba, notabat Aſino Paraſitico celebres exſequias parari. Rem totam, quâ fide ille acceptam mihi tradidit, eâdem publico reddam. non tamen ſine mercede, nam aurea fabella eſt. Continuò igitur excitatus Lucius, hæſitabundum me, anxiâque cogitatione ſollicitum admonuit: Heu neſcis! Olim ille piſcem ſuum, hodie verò Heliogabalus Imperator Paraſitum ſuum luget atra-

Digitized by Google

tus. Quis iſte, malùm, Paraſitus? inquam. Subiecit Lucius: L. Biberius, M. F. Curculio, noua ſcitamenta Aurelio Antonino Heliogabalo opiparè concinnabat, ideoque ſummus eius Coëpulonus audiebat. Ego adducta fronte contractóque vultu: Nempe mali ſeculi mala cupiditas hæc tropica fecit.

-- οὐ γὰρ ἔτ' ἄνδρες ἐπ' ἔργοις, ὡς πάρος, ἐσθλοῖς
Αἰνεῖσθαι σπεύδοντι ---

Scio, inquit Lucius, ſed inter iſtos muſſare tutius quàm muttire. Age verò, vides indictiuum iſtud funus? O capitulum inficetum, inquam ego, An quemquā inluſtrem virum tam flagranti deſiderio celebraret? Iterum mihi ridenti Lucius: Tace taceſis, adhibuit Heliogabalus μετωποσκόπους: Et circumſpiciens ne quis noſtra auribus verba cleperet, Vidéſnè hanc laurum, inquit, (ea erat in proximo) Feſtucam decerpito, & folia ſi ſapis admordeto. Prudentis, eſt animum ſuum, vbi vſus venit, oris confuſione poſſe inumbrare. Simul ipſe, ramo ex arbore defracto, prenſum me renitentem, lenta manu in forum Cupedinis, vbi L. Biberij ædes, ducit. Quum aliquantulum proceſſiſſemus, ne eſſem neſcius quid ille nebulo teſtamento cauiſſet, totum in aurem meam his ferè verbis inſuſurrauit.

Ego L. Biberius Curculio, D. Aurelij Antonini He-

liogabali adſecula, quum mihi angina vinaria reciprocam ſpiritûs auram, atque adeo vocem occluderet, Teſtamentum meum quantum pote examuſsim condidi ſcribſique. Si quid tamen inibi admiſſum omiſſúmque obrepſerit, Codicilli vicem ſubire volo ſiue iubeo. Poſtquam mortem aptus ero, meámque animulam agnatus meus M. Lurconius Muſca ore ſuo legerit, tu colenda mihi ſemper & culta congerronum meorum familia ex ſemiſſe heres eſto, ea tamen lege, vti accuratè caueatur, ne quid nomini veſtro profuturum diu lateat. Ea re, vti familia noſtra tres in ordines diſpernatur, mando: quos ordines ita indigetare lubet, Gelaſimos, Lacones, Laudicenos. Ac ſinguli è quoque ordine principes legantur, fiántque treſ-viri, penes quos ſumma rerum veſtrarum ſit; qui diſcaueant ne quis officio ſuo deſit ſuperſitve: ipſique etiam D. Aurelio delicias perpetuò faciant dicántque. Hoc amplius. Agnatũ meum M. Lurconium Muſcam, qui ſolus omnibus propinquis meis ſuperfuit, mihi etiam ſuperfuturus, ex parte reliqua heredem eſſe volo, ſi ſuprema erga me munera fungatur arbitratu D. Aurelii Antonini. Saturioni liberto, ex fundis meis, ad mearum reliquiarum tutelam, do lego agri iugera xx. Columellam meũ Damam, item Leonidam, Libanum, Strobilum, Cruciſalum, & Argyrippum, liberos eſſe volo. Hoc amplius. Argyrippo propter feſtiuitatis vernulæ elegantiam, veſtes meas omnes, ſpeculum, calamiſtrum, dentifricium, ac pulueris Arabici vncias decem, quîs pridianas conuerrat reliquias, vt

Digitized by Google

feſtiuior appareat, dari donari iubeo. Elaphio fugitiuo, hoc Teſtamenti mei kaput, in morem epigrammatis ſtigmate per totam faciem ducatur: L. Biberius Curculio, Elaphio clauom in morte dimitto. reſtim induito. ciúſque claui appendix eſto. *Si quid manes ſentiunt, rogo vos, amici mei, hæc omnia ita ſeruetis, vti quum ſcriberem affuiſtis, fauiſtis, obſignauiſtis.*

L. Sorbilius Venter, ſignauit.
Sp. Trachelius Cancer*, ſignauit.*
M. Edacius Peniculus, ſignauit.
M. Obſonius Mus, ſignauit.
C. Macrobius Labrax, ſignauit.
L. Volturius Capito *, ſignauit.*
M. Gnathonius Cynicus*, ſignauit.*

Ventum in forum Cupedinis erat; & iam ædes Biberij propiùs à nobis aberant, vt proſpiceremus funebri ſigno deſtitutas ante ianuam ferales Ditis arbores. Videmus intrantes pluſculos, pullis veſtibus, ſed prætextu tantum adſumptis, atratos; lacrymæ illis quaſi in ſummo pectore ſupernatantes, in imo verò cordis penetrali gaudium gaudebant genuinum atque intimum. Ego conuerſus ad Lucium, dic ſodes, inquam, Quinam iſti, & quò? Ille locum ab arbitris obſeruans, Particulones, inquit, & Volturij ad cadauer. nēpe mortui fortunas habebant. Nos quoque paulò poſt acceſſimus, intrauimus, vidimus è funeſta familia medicum re

Digitized by Google

infecta diſcedentem. Lurconem alioquin & κρεο-τράπεζον, nobilem virum ac primarium crederes, ita funebris pompa ſtruebatur. Nec enim Viſpillones aut Sandapilarios, ſed & Libitinarios, Pollinctores, Lecticarios locauerant. Qúmque iam animã L.Biberius, quam pro ſale habuerat, fœdo & obſceno vomitu eructaſſet, putiſcebat fœtidum cadauer, Æmilium Catulli diceres è ſterquilinio effoſſum, adeo domus extremo olore & anhelitu replebatur,

Gutture ſulfureas lentè exhalante Mephites.

Accedunt Pollinctores, corpus aqua perſpergunt, quam olim, dum viuebat, non ſenſerat, adeoque inſolita elementi aſpergine exſangue cadauer nonnihil commotum videbatur. Dein odoro vnguentorum ſuffitu naſorum peſtem interficiunt, ſimul & honori cadaueris, cinnamomum, thus, caſſiámque aceruatim congerunt, totúmque Biberium, medicatis condimentis circumlitum, in hexaphoro pupureis veſtibus conſtrato, repoſitum, & floribus coronatum, ſolita collocatione, pedibus in publicum verſis, ad veſtibulum ædium rite admouent. Ac tandem dum cætera exequiarum parantur ſolennia, iubetur præco populum ciere; qui actutum ſuccinctus contenta voce quiritabat: Exeqvias L. Biberio M. F. Cvrcvlioni, qvibvs est commodvm ire,

IAM TEMPVS EST. OLLVS EX ÆDIBVS ECFERTVR. Derepente audita præconis voce conuolant in Biberij domum frequentes. Murmur inde oritur. Adeſt Diſſignator: iubet præcedere expreſſas cerà maiorum purpuratas imagines. & ſanè longo illæ ordine incedebant. Itaque erectior ego, ipſos cerarum apices indicéſque percurrens, animaduerti nomina, M. Coquinij Trullæ, Q. Popinij Lurconis, C. Auidij Incitegæ, Q. Bilbitij Profundi, L. Abdominij Dentati, T. Placentarij Carpi. Et continuò ad Lucium, Eugepæ! adeóne nobilis huius familiæ vena? & tam numeroſos proceres, ac longa decora præferentes produxit viros? Mihi Lucius ſubridens. Fuge ſuſpicari: Simios purpuratos vides, non viros. Scurras enim, homines emtos de lapide, induebat Imp. Scipionum perſona. quos ſi penitiùs inſpexiſſes, aliud nihil, niſi clunas in purpura, deprehendiſſes, καὶ πίθηκος ὁ πίθηκος, κἂν χρύσεα ἔχῃ σύμβολα. Rubori mihi fuit Purpuram impunè violari. Et mecum erat fortè muſteus Poëta, qui eam in delicijs habebat, ac pleniore ore non ineptiſſimis verſibus elaudabat:

Purpura Pieriæ non eſt reticenda coronae,
Quando ſacri Pater ipſe chori, qui lampade clara
Purpureos dat purpureis de ſedibus ignes,
Pectora purpureo fulget velatus amictu.
Et quæ plena roſis venturi nuntia Phœbi

Digitized by Google

Tecta aperit, dubiò diſpellens lumine noctem;
Purpureas cubat ante fores Aurora, Poëtas
Inque ſacros mentem & cæleſtia ſemina rorat.
Eſt etiam annorum latè reuolubilis ordo
Purpureus. Nam vere nouo, Zephyróque ſecundo,
Purpureis variæ vernantia floribus Horæ
Et teſſellatâ diſtingunt prata nitelâ.
Sic Canis æſtiui ſidus dum rura perurit,
Florida maturos oſtendit Purpura fructus,
Pomáque Purpureo fulgent variata colore:
Et qui Poma legit, non quæ Venus aurea lêgit,
Ridet Purpureo felix Autumnus Iaccho.
Et ſi triſtis Hiems lætos váſtauerit agros,
Tum niue purpureâ fulget tamen obruta tellus.
Coeruleæ regnator aquæ, qui ſæua tridente
Æquora compeſcit, bipedes ſi forte timendus
Egit equos, aduerſa vocans in prælia ventos,
Ebullit, glaucas & turbine Purpurat vndas.
Sacra cohors Veneris, Charites, Riſúſq; Iocúſque,
Purpureis hilares roſea ſub fronte labellis.
Totáque Purpurea eſt ridens Ericyna: Roſámque
Dum fortaſſe legit, nec ſat ſibi prouida, molles
Fertque refértque manus, eduxit ſpina cruorem
Vix ſummâ tremulum delibans cuſpide corpus:
Erubuit læſiſſe Deam Roſa, moxque colorem
Sumſit Purpureum, tantæ ſibi conſcia culpæ.
Hinc etiam ſua fata gemens Venus alma, proteruum
Verbere

Digitized by Google

Verbere ſæua nimis roſeo dum cædit Amorem,
Purpureum rurſus cepit Roſa dibapha fucum.
Purpureus niuea ſplendet ceruice Cupido:
Purpureas gerit ille faces, & plurima torquet
Spicula, Purpureo iamdudum tincta cruore.
Et Regina Paphi curru ſublimis eburno,
Ardua Purpureis vehitur ſuper æthera cycnis.
Imò & Purpurea clauduntur lumina morte,
Et Maiâ genitus, nulli qui fata recludit,
Purpureas animas virga compellit in Orcum.
Pelle ferox rigida Alcides clauáque ſuperbus
Errabat, ſcopulos & inhoſpita littora luſtrans,
Num fera fulmineo ſæuiret bellua dente,
Aut mala letiferi vibrarent ſpicula flatus;
Forte canis Tyrio raptam de littore concham
Eliſit, tenuémque ſubeſt cui Purpura venam;
Olli Purpureo maduerunt labra colore,
Et color Alciden tenuit, námque igneus atro
Flore micans, dici poterat tinxiſſe viriles
Heroum Diuûmque animas, & maſcula corda.
Hinc ſibi Purpureum fecit thoraca, furente
Prælia Marte ciens, oculos vt flammeus horror
Terreret, fulgor pauidas & pelleret vmbras.
Nec ſine Purpureâ puerorum candidus vmbo
Maieſtate fuit, quia praetextata pudore
Facta decent pueros, vt verba innupta puellas.
Purpurei Reges, & lato Purpura clauo

Digitized by Google

Cingebat gemino Patres ſplendore verendos.
Inque triumphali radiabat plurimus auro
Purpureus tenui textus ſubtemine pannus.
Splendida felices exornat Purpura chartas:
Illa iocos, riſúſque, ſales, & carmina velat,
Verbáque iam madidus quæ ſcribſit vernula vates.
Indice Purpureo libri frons læta refulget,
Auctorémque operis tituli rubrica tuetur.

Phœbum hîc toto pectore Poeta concutiebat, & iuſto dolori meo, ſimul & iræ ſuæ vementiùs indulgere mihi videbatur. nam Aſinos maledicere verſibus aſperis cogitabat. Repreſſi furentis impetum; Et, Poeta, inquam, parum tutus inter Aſinos iſtos ambulas. Videne te funeri ſuo inferias mittant. Eumolpum te eſſe puta. & tace. Dum hæc moneo, pergit porro pompa funebris; & Præfica muliercula quædã, demiſſis antiis, ac fluitantibus capronis, miſerabiles querelas femineo vlulatu iterabat. Itẽ monumentarij ceraulæ ferali tibia mœſtiſſima ſuſpiria concinebant. Et iam producitur ipſe Biberius, qui lectica hexaphoro Romanorum è nupero fœtu ciuium ſubnixis ceruicibus ferebatur. Ipſa denique plebes centuriatim candelis, funalibus, ac facibus vndique collucentibus exſequias capitibus caſantibus ſequebatur. Et nos quoque turbæ adiungimur extremum fabulæ actum ſpectaturi. Deducitur funus in forum, eò loci video

Digitized by Google

paratum neſcio quem è Laconum familia, cuius in capite oculi locus apparebat, qui L. Biberium Curculionem coram Imp. pro roſtris & concione laudaret. Ego frontem hominis miratus, rogaui Lucium, Quodnam oratori nomen? Paraſitus eſt, inquit, L. Volturius Capito, vere durus Capito. nam multæ olim in eius caput quaſſæ aulæ, & ſolus oculus ereptus. Id enim eſt paraſiticæ diſciplinæ, ac

— niſi qui colaphos perpeti
Potis paraſitus, frangique aulas in caput,
Vel extra portam ire Trigeminam ad ſaccum licet.

Interea dum hæc intra meipſum voluo, noſter orator ad dicentium morem compoſitus, perparum quidem, nec id ſine mendacio, in demortui laudem dixit, ſed logis ridiculis Principis auribus fecit inſidias. Silentium igitur orat, & Aſinis aliquantiſper quieſcentibus, infit.

Multa mecum cogitanti, Quirites, & accuratiùs ſingula humanae vitae munia diſquirenti, auro contra æſtimandi videntur ij, qui poſthabitis artibus ceteris ancillaribus, Paraſiticæ ſcientiæ ſtuduerunt, operámque ſuam Principibus vtendam præbuerunt. Et quidem certè quando omnia noſtra beneficio Principis retinemus, quando ille patriam, libertatem, vitam, mortémque iuxtâ in acie linguæ portat, ánne iniquum videbitur eius commodis ſtudere, eius vbique nutibus obedire? Is fuit L. Biberius Curculio. Sed eum, proh dolor! nobis inuitis fati violen-

Digitized by Google

ta ſeries eripuit. Vixit, dum vixit, Principi abundè feſtiuus, nobis cariſsimus, poſteris æternùm colendus ac deſiderandus. Sciebat, homines, licet in artes vitáſque varias diſpalati ſint, non ſibi, ſed vicinae ſideribus maieſtati natos eſſe. Vt enim ſupera omnia Deorum immortalium voluntati prona ſunt: ita infimam iſtam terrarum molem Imperatoris arbitratu regi & gubernari decet. D*I ſibi cælorum ſubices ſubſtrauerunt: noſtro Principi terras, Principem noſtrum terris reliquerunt. Imò & eundem, poſtquam ſerus in cælum redierit, cæleſti nectare ambroſiáque, & Deorum cibo participabant. Viue tu Auguſtiſsime Princeps.* Macte *ter maxime Imperator. Salua Roma, ſi tu ſemper ſaluus. Et ſi qui auſteri horridique Lucumones, ſacratiſsimæ maieſtatis iura violare cogitent, eos de podio, vt obſcænas infeſtáſque volucres, ſagittis tranſuerbera: aut, ſi mauis, anguineum iſtud genus, quod præpotentis tuæ virtutis vires viperino morſu vellicare & ſugillare audet, claua cruribus ſupernatis, terræ audacter applode, tuóque & ſpectantis populi genio ita litabit. His gradibus viam in cælum adfectauit Hercules.* His *artibus maiores tui, quos factis & virtute longè ſuperas,* D*I facti ſunt. Et vos ite, Quirites, ſecuri viuite. & L. Biberio, quem olim amauit Imperator, ſuprema ferte munera, eiuſque reliquias ſperata in ſede reponite atque condite.*

Conſumta hac oratione, quumque Heliogabalum paraſiticis adſentatiunculis ita ductaſſet Ca-

Digitized by Google

pito, Imperator paraſito ſuo pyram ingentem conſtrui iuſſit, imò ipſe cum ceteris Aſinis, amiciſſimi ſui iuſta eſt exſecutus. ſed enim adfectata mollicie, teſtudineo gradu pedetentim progrediebatur; ideóque morbo aliquo præpediri ac diſtringi ſuſpicabar. Et continuò prehendens Lucium, Euge, inquam, vt valet ille? aut enim inceſſum mentitur, aut lente admodum gradus ſuos metitur. Riſit Lucius curioſulam meam quæſtionem, Et, Aſinus, inquit, à ſeipſo tardigradus, laborat eo morbo quo Claudium Cæſarem adfectum fuiſſe noſti. exhauſit hodie Onopordon, quod Aſinis aiunt crebros excutere crepitus: eoque pharmaco aluum ſuam, aut parat, aut purgat. Sanè quum ille propiùs ad nos acceſſiſſet, deprehendi ſtrepitu obſcæno ſimul atque odore viam implentem, & ſi minus ore eloquentem, at certè inferiore gutture valdè loquentem. Tunc itaque mirari deſij, cur omnes ſponte illi de via decederent. Nam vt Romanis mulieribus vnio, ſic Heliogabalo crepitus pro lictore apparebat. Imò nec Dictatorij faſces tam placidè turbam ſubmouiſſent. Riſit iterum Lucius: at noſtrum interea *fœtida anima naſum oppugnat.* Peruênit Imperator, totúmque cum eo funus, atque adeo ingens multitudo, in campum Martium. Illius iuſſu Doctores & Laniſtæ paria quattuor & viginti gladiatorum lectiſ-

Digitized by Google

ſima præbuerunt. Interim alij pyram arduam, cuinctam cupreſſo ædificant, lectulum, ipſumque cadauer pro more ornatum, quibus id muneris incumbebat, rogo imponunt: impoſito clamauerunt omnes, VALE, VALE, VALE, NOS TE ORDINE QVO GVLA AVT VENTER IVSSERIT, CVNCTI SEQVEMVR. Statim accenſa face, M. Lurconius Muſca auerſus flãmas ſubiiciẽs rogum incendit. Commodùm ignem pyra conceperat, ecce, ſolitâ ſequioris ſexus flendi facilitate, pectus ſuum ad luctus iritans Præfica, dum quiſque certatim in rogum dona cumulat, & partim trullas, cantharos, lances; alij ſtruices patinarias, cyathos, ciboria, coquinaria omnia, flammæ committunt, ferale iſtud carmen pronuntiauit.

Abiit L. Biberius Curculio, Antonini delicium, quocum ſæpiſſimè ludendo dies integros comburebat condebátque. Abiit paraſitus lepidus, elegans, facetus. Scalas conſcendere, Capaneus: plagas concoquere, Incus: veſci thymo, oleribus, Eruca: cœli iniurias pati, Merula: ſole feruido linguâ prodigâ & infreni garriendo cantillare, Cicada: nudis pedibus matutinis horis inambulare, Grus: ne pauxillulum dormire, Veſpertilio: pugnitùs occallari, Maſſa candens: ferire, Fulmen: occæcare, Fulgetrum: inacceſſa euadere, Ventus: cænare abſque vocatione, Muſca. Abijt pallidulus, frigidulus, vagulus, ad Orci templa horridula, nec vltrà, vt ſolebat, dabit iocos.

Digitized by Google

Finierat lugubrem cantionem Præfica, adfuit Threcum Myrmillonúmque manus valentiſſima, quæ L. Biberij manibus, volente Imperatore, dedit inferias. Ac dum buſtuarij gladiatores mutuis ſeſe conficiunt vulneribus, collabenti iam cineri parentantes, exſtrui iuſſit ſilicernium Heliogabalus ſuis paraſitis. Omnes illico aduolant inuocati; nec tergiuerſantur, accumbunt. Heliogabalus interior in medio, qui tamen iam erat ventre bellulè ſuffarcinato, ſuper eum M. Lurconius Muſca, in ſummo L. Volturius Capito, ceteríque deinceps. Sed adpoſita cæna inuiſa priùs & inaudita. Pro guſtatione & promulſide, inferri voluit lactucas oliuáſque, ſed Samias. quæ tamen minimè ad guſtum Agathoclis: nam præter nomen, cetera lactucis abſimiles. Cæna ipſa capiebat patinam ſuminis, lepores, querquedulas, anates, Aſinum integrum inſtar Apri aut Bouis, quamplurima alia quæ ab ingenioſo & docto gulæ artifice curata videbantur. Verùm & patinæ, & cibi ipſi, ſolido ex auro, nec dentes, nec ferrum recipiebant. Menſa denique pomorum allata eſt, in quâ bellaria lignea affabrè ſculpta, quæ prouocare eſuriginem poſſe putabantur: verùm aſpera ſignis omnia: nec, etſi calceatis dentibus veniſſes, hilum profeciſſes. Ac quod minimè prætereundum fuit, haudquaquam illi *florem anclabant Liberi ex car-*

Digitized by Google

cheſiis, ſed è pleno œnoforo ſardois herbis expreſſus liquor, mandragorâ medicatus, affundebatur. Et Paraſiti noſtri, belli homines, inter haſce lautitias, funus ſilicernio facere nequiuerunt, ventríſque eſuritoris inanias minimè repleuerunt. Ridere quidem cogebantur, at crudeles in vtero experiebantur verminationes. Et iam in vſtrina deficiente rogo legendi cineres apparebant. Menſis itaque amotis, miſit Imperator, qui cineres, vino vt matre natum erat, perſperſos, vrnâ aureâ tegeret. Iuſſit præterea in foro Cupedinis, marmoreum cum cippo vſque ad H-S. centum exſtrui ſepulcrum, inque ipſum marmor litteris aureis quadratis, ſub perſona Biberij, incidi monumentum iſtud.

DIONYSO SAC.

HOC. AGITE. SVLTIS. VIATORES. QVI. VOS. HOMINES. ESSE. NOSTIS. QVÆ. HOMINI. HVMANITVS. CONTIGERVNT. HVMANITER. SPECTATE. SI. NEC. VVLTIS. FACESSITE. LAVDIS. RVMOREM. SEMPER. PARVIFECI. QVOD. RVMEN. IMPLERET. VOLVI. VAH. SOLENS. MORE. MEO. FECI. DIXI MENDACIVM. NAM. NVNQVAM. VT VOLVI. RVMEN. IMPLEVI.

ET.

ET. NVNC. QVOQVE. SI. ME. VOCAS. I. PRÆ. INANIS. VMBRA. SVM. SEQVAR. RIDETIS? SVMMA. INGENIA. IN. OCCVLTO. LATENT. EA. VOS. FLORE. VINI. EDENTVLI. FORAS. PROLICITE. PLVSCVLA. IAM. AVDIVISTIS. NON. TAMEN. QVOD. CAPVT. EST. QVODQVE. MAXIME. SCIRI. OPORTVIT. PROINDE. AVDITE. VEL. SI. MAVVLTIS. SEPVLCRVM. HOC. ADITE. HEM. QVID. EXCIDIT. MENTIVNTVR. QVI. VERITATEM. IN. VINO. ESSE. ADSEVERANT. NAM. QVI. FIERI. POTEST. VT. ME. ELINGVEM. LOCA. SOLA. ET. NVDA. GIGNENTIVM. INCOLENTEM. AVDIATIS? NEGANT. MEDICI. SINE. LINGVA. ORE. DENTIBVS. ALIQVEM. LOQVI. POSSE. LEGITE. IGITVR. QVI. LITTERAS. SCITIS. H. C. S. CINERES. L. BIBERII. CVRCVLIONIS. PARASITI. FESTIVISSIMI. QVI. AVRELIVM. ANTONINVM. HELIOGABALVM. AMOENITATE. AMOENA. ONERAVIT. OMNIBVS. PLACVIT. SINGVLIS. SVPPARASITATVS. EST. ET. DVM. QVEMQVE. TANGIT. VRBANATIM. EVM. NIGRA. DIVA. TETIGIT. RVSTICATIM. ATQVE. HOC. TANDEM. NE. ERRETIS. VERISSIME. SVM. VOBIS. ELOQVVTVS. B. F. VERBA. HAEC. MEA. VT. SERVETIS. POSTVMA. QVI. CVPEDIARVM. ALIQVID. EX. FORO. PRAESTINATV-

Digitized by Google

RVS. VENERIS. DOMVM. NE. REPETITO. QVIN. PRIVS. FALERNO. INFERIO. MANIBVS. MEIS. FECERIS. FAXO EGO. VT. TE. SEMPER. AMBIAT. RISVS. LVDVS. IOCVSQVE. ET. OMNIA. HVMANA. SVSQVE. DEQVE. HABEAS. SIREMPSE. LEGEM. MVLIERIBVS. ESSE. VOLO. QVAE. SVNT. MVLTILOQVAE. MVLTIBIBAE. MEROBIBAE. SIN. SECVS. VENEREM. FACIAM. EAS. VT. FACIAT. ITA. DARE. VT. NIHIL. SVPRA. HAVE. VIATOR. NEC. MORARE. NON. MORABOR. VLTRA.

H. M. H. N. S.

Collectis conditiſque cineribus, & cunctis ſolenni more peractis, pronuntiauit Præfica, ILICET. Parauit quiſque domuitionem. Haerebat autem Lucius, & Aſinos ſuos abeuntes, oculis ſequebatur. Tandemque ad me conuerſus, DI boni, inquit, quales hîc Aſinos reperi! & memini me eſſe aliquando Aſinum: ſed quamuis eſſem Aſinus, ſenſum tamen retinebam humanum: at verò iſti corpore humano, aſininum vehunt animum. Atque hîc Lucio monendi, mihi notandi FINIS.

N. R. P. Scribebam Auguſtoriti Pictonum, Liberalibus. A. S. cIↃ. IↃ. xcvi.

Digitized by Google

APPENDIX.

DE PARASITIS ET ASSENTATORIBVS.

PARASITI nomen quondam honorificum fuiſſe docet Athenaeus lib. VI. Deipnoſophiſt. *τὸ τοῦ παρασίτου ὄνομα*, inquit, *πάλαι μὲν ἦν σεμνὸν καὶ ἱερόν*. Nimirum dicebantur Paraſiti, *οἱ ἐπὶ τὴν τοῦ ἱεροῦ σίτου ἐκλογὴν αἱρούμενοι.* Poſtea vero, mutata ſignificatione, ad rem vilem ac turpem, *εἰς ἄδοξον πρᾶγμα*, traductum id nominis eſt. ad eos, ſcilicet, qui inuocati cænas alienas importunè & ſordide captant. Vtramque ſignificationem attigit Heſychius: *Παράσιτος, ἀρχὴ ἐπὶ τὴν τοῦ ἱεροῦ σίτου ἐκδοχήν. Παράσιτος, κνισολοιχός.* De poſteriore verò, in Phauorini Gloſſis legitur: *Παράσιτος ὁ ταῖς τῶν πλουσίων τρεφόμενος τραπέζαις κόλαξ. καὶ παρασιτικὴ, ἡ τοιαύτη τέχνη.* Ars ipſa Paraſitica definitur à Luciano in Paraſito, ars eſculentorum ac poculentorum, & ſermonum qui ad iſta pertinent, cuius finis eſt Voluptas. *Παρασιτική, ἐστὶ τέχνη ποτέων καὶ βρωτέων, καὶ τῶν διὰ ταῦτα λεκτέων. τέλος δὲ αὐ-*

τῆς, τὸ ἡδύ. Hinc ille apud Comicum in Menaechmis, eſuriales ferias exſecratur, mortuaſque potationes, ac cænas cereales luget. In eademque fabula Scæn. *Sportulam cape*, paraſitorum edacitatem lepidè notat coquus. Nam, obſoniorum quantũ tribus ſatis eſſet, emere iuſſus, quæſiuit:

--- *cuiuſmodi hi homines erunt?*

Reſpondit Erotium,

Ego & Menæchmus, & paraſitus eius. ---

Coquus verò: --- *iam iſti ſunt decem,*

Nam paraſitus octo hominum munus facile fungitur.

Ideoque Lucilius Paraſitos vocauit, Ventres:

Viuite lurcones, comedones, viuite ventres.

Fortè quia totus paraſitus venter eſt, ſimilis Cancro, de quo Plutarchus lib. de diſcrim. amici & adulat. οὗτος, inquit, ἄπειρος τοῦ κόλακος, ὁ νομίζων τὰ ἰαμβεῖα ταυτὶ τῷ καρκίνῳ μᾶλλον, ἢ τῷ κόλακι προσήκειν.

Γαστὴρ ὅλον τὸ σῶμα, πανταχῆ βλέπων
Ὀφθαλμὸς, ἕρπον τοῖς ὀδοῦσι θηρίον.

παρασίτου γὰρ ὁ τοιοῦτος εἰκονισμός ἐστι, τῶν περὶ τάγηνον, καὶ μετ' ἄριστον φίλων, ὡς ΕΥ'πολίς φησιν. Porro tres olim apud Comicos fuere Paraſitorum quaſi familiæ. Quidam enim *Gelaſimi*, ſiue *Ridiculi*, dicebantur, qui logis ridiculis, auribus faciebant inſidias, ac dicendo quod putabant auditoribus fore gratiſſimum, cænas captabant. Vid. Plaut. in Sticho,

Digitized by Google

Sc. *Famem fuiſſe.* Fabius Declam. 298. *Merito ſic iſte ridetur, cuius nomen equidem nec intelligo, nec interpretari poſſum quod vocatur.* Sic Lucius cum aſinus eſſet, hominis tamen more cænaret in menſa diuitis, & videntibus riſum moueret, Paraſitus vocari cœpit. Alij verò, qui verbera hilari fronte, & plagas Spartana nobilitate concoquebant, victum inde quæritãtes, *Flagriones, Plagipatidæ, Lacones*, dicti, & quod notari peruelim, *duri Capitones.* Fruſtra enim eſt, qui *duros Capitones* apud Plautum interpretatur, *in comedendo pertinaces.* Duros Capitones intellege Paraſitos, qui duris erant capitibus: ita vt catapultas lubenter exciperent. Quare Vnoculi etiam dicti ſiue Coclites. Sic apud Plautum in Curculione, Lyco paraſitum cõpellans, ait:

LY. Vnocule ſalue. CV. quæſo deridésne me?
LY. De Coclitum proſopia ted. eſſe arbitror,
Nam ij ſunt vnoculi. CV. catapulta hoc ictũ eſt mihi
Apud Sicyonem. LY. Nam quid id refert mea.
An aulâ quaſſâ cum cinere effoſſus ſiet.

Id enim erat paraſiticae diſciplinae, vt in ſuum caput, colaphos, & aulas ſiue ollas cinerum impingi paterentur. Plautus Capteiueis,

— niſi qui colaphos perpeti
Potis paraſitus, frangique aulas in caput,
Vel extra portam ire Trigeminam ad ſaccum licet.

Idem apud Marcellum:

Optimo iure infringatur aula cineris in caput.

Et Terentianus Chremes Eunuchi act. V. Scaena *Hanccine ego*, paraſitum Gnathonem ſuum alloquens, ait.

Diminuam ego caput tuum hodie, niſi abis.

Fabius in Declamationibus, *Paraſitorum*, inquit, *vita eſt contumelias in quæſtu habere, & iniuria paſci.* Heligabalus, narrante Lampridio, Paraſitos ad rotam aquariam ligabat, & cum vertigine ſub aquas mittebat, rurſuſque educebat, Ixionios amicos nuncupans. Vide Quintiliani Declamat. 298. Et Sidonij Epiſt. XIII. lib. III. Alij denique ſunt paraſiti, quos non malè Σοφοκλῆς, & *Laudicenos* vocaueris. Adulantur enim, & vbique ad omnia hominum dicta, Euge & Macte accinunt, eorumque prudentiam, licet pauxillula plerumque ſit, ſtolida admiratione proſequuntur. Teſtis huic rei eſt Gnatho apud Terentium act. 2. Scaena 2. ait enim,

Eſt genus hominum, qui eſſe primos ſe omnium rerum volunt,
Nec ſunt. hos conſector: hiſce ego non paro me vt rideant,
Sed his vltro adrideo, & eorum ingenia admiror ſimul,
Quicquid dicunt, laudo: id rurſum ſi negant, laudo id quoque.

Digitized by Google

Negat quis, nego: ait, aio. poſtremò imperaui egomet mihi
Omnia adſentari, is quaeſtus nunc eſt multo vberrimus.

Et act. IV. Scaena VI. artis ſuae periculum facit, Thraſonem enim adſentationibus ita ductat,

THRAS. Primum ædes expugnabo. GNATHO. rectè.
THR. virginem eripiam. GN. probè,
THR. Malè multabo ipſam. GN. pulcrè.

Tertium hoc genus notauit Plato in Phaedro cùm paraſitum ſaeuiſſimam beſtiam maximamque calamitatem eſſe dixit, cui tamen immiſcuerit natura non illepidam voluptatem. Δεινῷ θηρίῳ, inquit, καὶ βλάβῃ μεγάλῃ, ἐπέμιξεν ἡ φύσις ἡδονήν τινα οὐκ ἄμουσον. Et congruenter in hanc ſententiam Plutarchus lib. de diſcrim. ad. & amici, Simium, ridiculum animal, in eo ab adulatore ſiue paraſito differre docet, quòd Simius quidem homines imitari ſtudens, facilè capitur, dùm vna cum illis mouetur ac ſaltat. At verò paraſitus vltrò alios illicit ac fallit imitando, Quinetiam venatorem ſi repererit, ſequitur. nihil molitur in feram, ſed ipſum inretit ac circumuallat venatorem. Ipſiſſima eius verba ſubijcio. Ὁ πίθηκος, inquit, ὡς ἔοικε, μιμεῖσθαι τὸν ἄνθρωπον ἐπιχειρῶν, ἁλίσκεται συγκινούμενος καὶ συνορχούμενος. ὁ δὲ κόλαξ αὐτὸς ἑτέρους ἐπάγεται καὶ παλεύει, μιμούμενος οὐχ ὁμοίως ἅπαντας, ἀλλὰ τῷ μὲν συνορ-

χούμενος καὶ σκιμάδων, τῷ δὲ συμπαλαίων καὶ συγκονιόμενος. θηρευτικοῦ δὲ κυνηγετικοῦ λαβόμενος, μόνον οὐ τὰ τῆς Φαίδρας ἀναβοῶν ἕπεται, Πρὸς θεῶν ἔραμαι κυσὶ θωΰξαι βαλίαις ἐλάφοις ἐγχριμπτόμενος· καὶ οὐδὲν αὐτῷ πρᾶγμα πρὸς τὸ θηρίον. ἀλλ' αὐτὸν ἐκσαγηνεύει καὶ περιβάλλεται τὸν κυνηγόν.

De huiuſmodi autem Paraſitis qui ad Principum aulas, quaſi ſcorta, priuſquam vocentur accedunt, corúmque animos pernicioſis adſentationibus obſident, elegantiſſimè diſſeruit Iulianus Imp. in Epiſtola quadam, quam diutiùs inter cætera eius opera litteratorum omnium votis deſiderari minimè paſſus ſum.

IVLIANI

IVLIANI IMP.

EPISTOLA AD ALEXANDRINOS,

Nunquam antehac in lucem edita.

Digitized by Google

LECTORI.

HAnc Epiſtolam eſſe Iuliani, nemo homo qui cætera eius opera vnquam attigerit, negabit. vnicum exemplar calamo exaratum videre mihi contigit. corruptiſſimum illud quidem, ac mendis innumeris inquinatum & deforme. Refeci quà potui, & latina interpretatione illuſtraui. Hoc habe, Lector, & Vale.

Digitized by Google

ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ
ΚΑΙΣΑΡ,

Ἀλεξανδρεῦσι.

Ὀ'Βελὸν εἶναι παρ' ὑμῖν ἀκούω λίθινον εἰς ὕψος ἱκανὸν εἰρημένον ἐπὶ τῆς κίονος, ὥσπερ ἄλλό τι τῶν ἀτιμωτάτων ἐρριμμένον. ἐπὶ τούτῳ ἐναυπήγησε σκάφος ὁ μακαρίτης Κωνστάντιος, ὡς μέγας ὢν αὐτὸς εἰς τὴν ἐμὴν πατρίδα Κωνσταντίνου πόλιν. Ἐπεὶ δὲ ἐκείνῳ συνέβη θεῶν ἐθελόντων ἐνθένδε ἐκεῖσε πορευθῆναι τὴν εἱμαρμένην παροῦσαν, ἡ πόλις ἀπαιτεῖ παρ' ἐμοῦ τὸ ἀνάθημα, πατρὶς οὖσα μου, καὶ προσήκουσα πλέον ἤπερ ἐκείνῳ. ὁ μὲν γὰρ αὐτὴν ὡς ἀδελ-

φιλῶ, ἐγὼ δὲ ὡς μητέρα φιλῶ· καὶ γὰρ ἐγενόμην παρ' αὐτῇ, καὶ ἐτράφην ἐκεῖσε, καὶ οὐ δύναμαι περὶ αὐτὴν ἀγνωμονῆσαι. Τί οὖν; οὐ γὰρ ἐγὼ λοιδορῶ τόν δε· καί τοι διανοούμενον ἴσως αὐτοῦ, βλασφημίαν νομίζοντι, ὅτι με τοῖς ἑαυτοῦ φίλοις ὑπέλαβον εἶναι προσόμοιον. Ὧν ἑκατέρου δέδωκας σεαυτὸν ἄκλητον, μᾶλλον δὲ τοῦ μὲν ἄκλητον τῷ προτέρῳ, τῷ δευτέρῳ δὲ ἐνδεξαμένῳ μόνον ὅτι σε συνεργὸν ἐθέλει προσλαβεῖν, ὑπήκουσας. ἀλλ' εἰ μὲν ἐγὼ προσόμοιος εἰμὶ Κωνσταντίνῳ καὶ Μαγνεντίῳ, τὸ πρᾶγμα αὐτὸ, φασὶ, δείξει. σὺ δὲ ὅτι κατὰ τὸν κωμικὸν, Σαυτὴν ἐπαινεῖς ὥσπερ Ἀστυδάμας, γνῶναι πρόδηλόν ἐστιν ἐξ ὧν ἐπέστειλας. ἡ γὰρ ἀφοβία, καὶ τὸ μέγα θράσος, καὶ τὸ, Εἴθε ἐμὲ γνοίης, οἷος εἰμὶ· καὶ πάντα ἁπλῶς τὰ τοιαῦτα, βαβαὶ πηλίκου κτύπου καὶ κόμπου ῥημάτων εἰσίν· ἀλλὰ καὶ πρὸς τῶν Χαρίτων καὶ τῆς Ἀφροδίτης, εἰ καὶ τολμηρὸς, οὔτε καὶ γενναῖος, καὶ τὸ μετ' ὀλίγον. Εἰ τοῦτο νομίζεις ὑπὲρ τῶν παλαιῶν ἁμαρτημάτων ἀπολογεῖσθαι πρὸς ἅπαντας, καὶ τῆς πάλαι ποτὲ

μαλακίας παραπέτασμα τὴν νῦν ἀνδρείαν ἐστί σοι· τὸν μῦθον ἀκήκοας, Γαλῆ ποτ' ἀνδρὸς εὐπρεποῦς ἐρασθεῖσα· τὰ δὲ ἄλλα ἐκ τοῦ βιβλίου μάνθανε. Πολλὰ εἰπὼν οὐκ ἂν πείσῃς ἀνθρώπους ὡς οὐ γέγονας ὅσπερ νῦν γέγονας, καὶ οἷον ὄντα πολλοὶ πάλαι σε ἠπίσταντο. Τὴν νῦν δὲ ἀμαθίαν, καὶ τὸ θράσος ἐν φιλοσοφίᾳ, μὰ τοὺς θεοὺς ἐνεποίησας. τοὐναντίον δ' ἡ διπλῆ κατὰ Πλάτωνα ἄγνοια. κινδυνεύων γὰρ εἰδέναι μηδὲν, ὡς οὐδὲ ἡμεῖς, οἴῃ πάντων εἶναι σοφώτατος, οὐ τῶν νῦν ὄντων, ἀλλὰ καὶ τῶν γεγονότων, ἴσως δὲ καὶ ἐσομένων· οὕτω σοι πρὸς ὑπερβολὴν ἀμαθίας τὰ τῆς οἰήσεως ἐπέδωκε· ἀλλὰ σοῦ μὲν ἕνεκα καὶ ταῦτα ἱκανῶς εἴρηταί σοι. πλείω δὴ ἴσως ἀπολογήσασθαι δεῖ, καὶ τοῖς ἄλλοις ἔπι προχείρως. Ἐπὶ κοινωνίᾳ σε παρεκάλεσα πραγμάτων. οὐ πρῶτος, οὐ δὲ μόνος ἔπαθον, ὦ Διονύσιε. ἐξηπάτηκε καὶ Πλάτωνα ὁ σὸς ὁμώνυμος· καὶ τί δὴ χρὴ λέγειν ὑπὲρ τούτου; ὅπως καὶ τῶν Ἀσκληπιαδῶν ὁ κράτιστος Ἱπποκράτης, Ἔκλεψαν δέ μου τὴν γνώμην αἱ περὶ τὴν κεφαλὴν ῥαφαί. Εἶτ' ἐκεῖνοι μὲν ὑπὲρ

ὧν ᾔδεσαν ἐξηπατοῦντο, καὶ τὸ τεχνικὸν ἐλάνθανε
τῶν ἰατρῶν θεώρημα, θαυμαστὸν δὲ, εἶπεν Ἰου-
λιανὸς ἀκούσας ἐξαίφνης ἀνδρίζεσθαι τὸν νεί-
λον ὁ Διονύσιος, ἐξηπατήθη; Ἀκούεις ἐκεῖνον
τὸν Ἠλεῖον Φαίδωνα, καὶ τὴν ἱστορίαν ἐπίστασαι,
εἰ δὲ ἀγνοεῖς, ἐπιμελέστερον πολυπραγμόνησον,
ἐγὼ δὲ οὐκ ἐρῶ. Τοῦτο ἐκεῖνος ἐνόμιζε, ἀνία-
τον οὐδένα τῇ φιλοσοφίᾳ· πάντας δὲ καὶ πάντων
ὑπ' αὐτῆς καθαρεῦσαι βίου ἐπιτηδευμάτων,
ἐπιθυμιῶν, πάντων ὧν ἅπαξ ἁπλῶς τοιούτων.
Εἰ γὰρ τοῖς εὖ πεφυκόσι καὶ καλῶς τεθραμμένοις
ἐπήρκει μόνον, οὐδὲν ἂν θαυμαστὸν τὸ κατ' αὐ-
τόν. πέπεισμαι γὰρ ὅτι οὐ ποτ' ἂν ἑκὼν ψεύ-
σαιτο, τὰ πάντα ἀληθίζεσθαι πεφυκώς. Ἀλλὰ
τὴν παῤῥησίαν τὴν σὴν οἶδα τεττάρων εἶναι ὀβο-
λῶν, τὸ λεγόμενον, * * *. πλὴν οὐ μέγα ἔργον
ἐστὶν ἐπιτιμᾶν ἄλλοις, αὑτὸν δὲ ἀνεπιτίμητον
παρασχεῖν. εἰ δέ σοι ταύτης μέτεστι τῆς μερίδος,
ἐπίδειξον ἡμῖν. Οὐ τοῦτο ἐστὶν, ὦ συνετώτατε
Διονύσιε, σπουδαίου καὶ σώφρονος ἀνδρὸς, ἀπεχθό-
μενον ἀπελθεῖν τοῖς κρατοῦσιν. ἦσθα δὲ σὺ βελ-

τοὺς εἰ τὸν ἀνθρώποις ἐκ τῆς πρὸς ἑαυτοῦ συνουσίας ἀπέφηνας ἡμῖν καὶ μετεωροτέρους. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὖν κατὰ σέ, μὰ τοὺς θεούς, καὶ κατὰ μυρίους ἄλλους, ὅσοι ζηλοῦσιν τὸν σὸν τρόπον, Πέτραι γὰρ πέτραις, καὶ λίθοι λίθοις προσαραττόμενοι, οὐκ ὠφελοῦσι, καὶ μὴ *** ἀλλήλοις, ὁ δὲ ἰσχυρότερος συντρίβει τὸν ἥττονα. Εὐχερῶς ἄρα, μὴ λακωνικῶς ταῦτα καὶ συντόμως. ἐγὼ μὲν, οἴμαι, λάλιστος διὰ σὲ καὶ τῶν ἡλικῶν ἀποπέφαμμαι τεττίγων. Ὑπὲρ ὧν εἰς ἐμὲ πεπαρῴνηκας, ἐπιθήσω σοὶ δίκην τὴν πρέπουσαν, ἐθελόντων θεῶν καὶ τῆς δεσποίνης Ἀδραστείας. Τίς οὖν ἡ δίκη; καὶ τί μάλιστα πειράσομαι; Οὐδὲν τῶν λόγων καὶ τῶν ἔργων ἐξαμαρτάνων, μὴ παραχέσθαι σοῦ τῇ κακηγόρῳ γλώττῃ πολλὴν φλυαρίαν. καίτοι με οὐ λέληθεν, ὅτι καὶ τῆς Ἀφροδίτης φασὶν ὑπὸ τοῦ Μώμου ἐσκῶφθαι τὸ σανδάλιον. ἀλλ' ὁρᾷς ὅτι πολλὰ καὶ ὁ Μῶμος ἐρρήγνυτο, κἂν μάλιστα ἐλάμβανε τοῦ σανδαλίου. Εἴη δὲ καὶ σὲ περὶ ταῦτα τριβόμενον καταγηρᾶσαι, καὶ τοῦ Τιθωνοῦ βαρύτερον, καὶ τοῦ Κροίσου πλουσιώτερον,

Digitized by Google

καὶ τοῦ Σαρδαναπάλου τρυφερώτερον. ὅπως καὶ τὸ τῆς παροιμίας ἐπὶ σοῦ πληρωθῇ, Δὶς παῖδες οἱ γέροντες. Τὸ γὰρ, Φροῦδον, οὐδεὶς εἶπε τῶν ἀρχαίων, ἐπὶ τοῦ στεφάνοις, ὥσπερ σὺ νῦν ἐπὶ τὰς ἄλλας σου ἐπιστολῆς ἀμυθρίας. Οὐδεὶς ἂν διελθεῖν ἐν μακρῷ πάνυ κύκλῳ δυνηθείη ἐστὶ τὸ μαστροπὸν ἐκεῖνο καὶ βδελυρὸν ἦθος, ὑφ᾽ οὗ σεαυτὸν παραγωγεύεις. οὐ γὰρ τοὺς ἐξ ἑτοίμου φίλοις ἥκοντας, οὐδὲ τοὺς ἐφεδρεύοντας ταῖς ἀρχαῖς, ἀλλὰ τοὺς βεβαίᾳ κρίσει χρωμένους, καὶ δὴ τοῦτο τὸ δέον αἱρουμένους.

Tantum habuit exemplar manuſcriptum.

IVLIANI CÆSARIS EPISTOLA

Ad Alexandrinos.

AVDIO lapideum obeliſcũ apud vos eius altitudinis eſſe, vt colúnæ exſtruendæ ſufficere poſſit. Negligi tamen, & vt quid minimi momenti inſuperhaberi. Ad eius aduectionem nauem olim ſtruxit Diuus Conſtantius, magnificus certe erga patriam n: eam. Sed enim quando id illi euenit, volẽtibus Diis, vt hinc illuc abiens, pareret fatis inſtantibus, exigit à me eadem illa ciuitas donarium aliquod & ornamentum: quum ipſa mihi ſit patria, adeóque maiori mihi quam illi adfinitate coniuncta. Ille námque eam vt ſororem quidem, at ego vt matrem amo. In eius enim ſolo primum ego ſteti in lucem editus, illic altus educatúſque ſum. nec fieri vlla ratione poteſt, vt in illam ingratus vnquam videar. Quid igitur? Non enim illi quid exprobrare mihi mens. Etſi id putauerit qui maieſtatem me læſiſſe exiſtimat, quod ſuis me amicis comparauerim. Quorum ſanè vtrique temet

Digitized by Google

obtruſiſti inuocatum. & magis eſt, te ad priorem quidem,non vocatum aduolaſſe: poſteriorem verò annuentem ſolùm tuam ſibi operam vſui fore, complexus es. Ceterũ an ego Conſtantio aut Magnentio ſimilis ſim,res ipſa olim, quod aiunt, patefaciet. Tu verò,quod vulgo dicitur,te ipſam laudas, velut Aſtydamas, mulier. id quod vel ex iis quæ ſcripſiſti liquet. Temeritas enim & audacia impudentiáque, item illud, *Vtinam me noſſes qualis ſum*! & cætera deinceps eiuſmodi, papæ! vt perſonantia ſunt & tumida turgidáque. Sed Gratias teſtor & Venerem, etſi audax & temerarius, at certe non es valenti animo generoſus. noſti quæ ſequuntur. An id putas, inueterata iam illa tua ſcelera,apud omnes abolita iacere, & vmbrâ nouitia fortitudine priſtinæ molliciei obductam? Fabulam audiuiſti. Muſtela quondam amore capta viri formoſi. cætera è libro diſce. Multa temerè effuties, nec vnquam hominibus perſuadebis, te eum non fuiſſe qui fueris, & qualem te permulti iam pridem norunt. Nunc autem & inſcitiam tuam,durúmque os in Philoſophiæ adfectatione,per Deos,bellè expreſſiſti. Contrà verò duplex illa eſt docente Platone imperitia. Quum enim expertus ſcire potueris te nihil ſcire, quod & nos de nobis ipſi fatemur, prædicas te ſapientiſſimum omnium qui ſunt, qui fuerunt, quíque futuri ſunt poſthac.tantum in te ſtoliditatis de

tua opinione exuberat. Sed hæc tibi, quidẽ propter te, dicta plus ſatis. Plura tamẽ adhuc & pluribus etiã ediſſerẽda. Ad ſocietatẽ cõmunionẽmque rerũ gerẽdarum te vocaui. Nec primus ego, nec ſolus, indigna paſſus ſum, ô Dionyſi. Decepit & Platonẽ alius item Dionyſius neſcio quis. At quid hìc moror? nõne & medicorum prǣſtantiſſimus Hippocrates dixit? *Opinionem meam ſuturæ capitis feſellerunt.* Et quidem illi, in iis quæ noſſe apprimè debuerant, decipi ſe paſſi ſunt: medicúmque latuit artis ipſius obſeruatio. mirum vero, ſi & Iulianus audiens derepente commaſculari Dionyſium, deceptus eſt? Audis Eleum illum Phædonem, & hiſtoriam puto noſti. ſin ſecus, accuratiùs cogita. nec enim dicam. Putabat ille neminem non curari Philoſophiæ opera, omnéſque illius ope ab omnibus prauis viuendi moribus, libidinibus, & vt verbo, dicã huiuſcemodi omnibus expurgari facillimè poſſe. At enim quod Philoſophia ſola ſatis ſit bono & felici omine natis, mirum ſane videri non debet quod ait ille. Nec enim, opinor, ſponte lubentérque turpi mendacio ſemper incumbet, qui veritati ſit natus. Sed tuam confidentiam audaciámque puta quatuor obolis, quod dicitur, dignam. Enimuero non magnum eſt facinus aliis obloqui, ſed ſe ſe eum prǣſtare, quem nemo iure ſuggillare audeat, id demũ perpulcrũ eſt.

Tu ſi is ſis,fac nos,amabo te,vt id videamus. Illud, ô cordatiſſime Dionyſi,modeſti prudentíſque viri non eſt,diſcedere Principibus inuiſum infensúque. Scis quoque ipſe an meliores moderatioréſque ex tua conſuetudine & familiaritate effeceris. Næ iſtud in te, & in ſexcentos alios tuos adſeclas, verè dixerim: Saxa ſaxis ſi confligant, & lapides lapidibus ſi collidantur,nihil ſibi inuicem proſunt,ſed mollior à duriore deteritur. Conuenientia tibi quidem illa, nec tamen adhuc conciſa ſatis aut cõpendioſa.ſanè propter te loquacior Attica cicada viſus ſum. Quapropter pro tuis in me contumeliis conuiciiſque, ſaxo pœnas mihi luas vt par erit, annuentibus Diis, domináque Adraſtea. Quonam pacto?ais,& quidnam pręcipue conabor?Népe nec lingua,nec opere quid peccans, auferam peruicaci & maledicæ tuæ linguæ omnem garrulitatis anſam. Etiamſi nec me fugiat, Veneris ipſius crepidam mordacia Momi dicteria & ſcommata non effugiſſe. ſed vides vt idem Momus, ob reliquum Veneris decorem, inuidia ruptus eſt,etſi crepidam carpſiſſet?O ſi nimio tandem liuore diſtritus, conſeneſceres Tithono quidem grauiùs, & Crœſo abundantiùs, & Sardanapalo molliùs effeminatiúſque! Quo etiam pacto in te optimè quadrabit vulgare iſtud: Senes bis pueri.Nec enim antiquorum vllus, τὸ φορτικὸν,vt rem

Digitized by Google

dilucidam ſignificaret, vſurpauit; vt tu nunc, inter cæteros Epiſtolæ tuæ lapſus. Nemo itaque, quamuis longo orationis ambitu, lenonios & infandos tuos mores queat explicare. Stas enim veluti proſtibulum, nec eos modò qui te vltro adeunt, ductando captas, nec eos ſolùm qui magiſtratus gerunt, ſed & eos qui firmo vtuntur iudicio, & rectum colunt.

Digitized by Google

AD IVLIANI EPIST.

NOTÆ.

SVMMA Epiſtolæ, modò vna ſit, hæc eſt. Iulianus obeliſcum, qui Alexandriæ pro derelicto erat, in patriam ſuam Conſtantinopolin, quod olim tentauerat Conſtantius, deuehi cupit; ſtudio patriæ exornandæ. Id fortean Dionyſius Conſtantij Magnentiíque paraſitus & adſentator, crimini ambituíque tribuebat. Eam ob rem, ſermone conuerſo, totam fere in eius animaduerſione epiſtolam eleganter inſumit, & paraſiticos mores bellè depingit. Vt hinc etiam pateat quis huius Epiſtolæ character: qui tamen maximè quoque ἠθικός eſt.

Εἰς ὕψος.) Ingentis magnitudinis & molis obeliſcos è montibus exſcindebant. Plin. lib. XXXVI. cap. 9. & 10. Quod autem hîc Iulianus vocat ὕψος, ab Aurelio Caſſiodoro *prolixitas* nuncupatur: *Obeliſcorum quoque prolixitates ad cœli altitudinem ſubleuantur*. à Tertulliano, *enormitas*, lib. de Spectac. *Obeliſci enormitas, vt Hermateles adfirmat, Soli proſtituta*. Vet. Gloſſarium: *Enormitas*, τὸ μέγεθος. magnitudo ſcilicet quæ vulgarem normam & menſuram excedit. Vnde Apul. x. Aſ. au. *Inenormis proceritas*.

Εἰρημένον.) Puto, τὸ εἰρημένον, huc irrepſiſſe ex homonymia fere vocabuli ſequentis, ἐρριμμένον. aliter non conſtat ſenſus.

Ἐναυπήγησε σκάφος.) Quod etiam alij factitarunt. Plin. ſupra.

Σεαυτὸν ἄκλητον.) Notat Muſcam & paraſitum quendam Dionyſium. quod genus hominum ſæpiſſimè ad Principes vltro aduolat.

Κατὰ τὸν κωμικόν.) Fortaſſe rectius, κατὰ τὸ παροιμιακόν. Sequitur enim vulgare iambicum, ad quod ipſe quoque Iulianus alluſit Epiſt. ad Baſil. ἐπῄνεσα γὰρ ἐμαυτόν, ὥσπερ Ἀστυδάμας.

Γύναι.) Hominem nequam & mollem, quaſi mulierem interpellat.

Digitized by Google

sic Alexander narrante Curtio lib. III. milites ſuos in procinctu alloquens, *aciem hoſtium auro purpuráque fulgentem intueri iubebat, prædam non arma geſtantem, Irent, & imbellibus feminis aurum viri eriperent.*

Γαλῆ ποτ' ἀνδρός.) Ælianus XV. περὶ ζώων ἱστ. cap. XI. Babrius:

> Ἀνὴρ γαλῆν γυναῖκα πρὸς δόμους ἦγε·
> Παρῆν δὲ κύπρις εἰς ἑορτὴν τοῦ γάμου.
> Νύμφη δὲ μῦν βλέψασα, ζωστῆρα τάχει
> Διῶκε τοῦτον, μὴ τραπεῖσα τὴν φύσιν.

Ἡ διπλῆ κατὰ Πλάτωνα ἄγνοια.) Hoc ignorantiæ cæcitatiſque humanæ genus notat Plato in Sophiſta. Ἀγνοίας γοῦν μέγα τί μοι δοκῶ καὶ χαλεπὸν ἀφωρισμένον ὁρᾶν εἶδος, πᾶσι τοῖς ἄλλοις αὐτῆς ἀντίσταθμον μέρεσι. ΘΕ. Ποῖον δή; ΞΕΝ. Τὸ μὴ κατειδότα τι, δοκεῖν εἰδέναι· δι' οὗ κινδυνεύει πάντα ὅσα διανοίᾳ σφαλλόμεθα γίγνεσθαι πᾶσι. & quæ ſequuntur. Idem Alcibiade I. peſſimum hoc ignorantiæ genus eſſe ſtatuit. Ἐπειδὴ δὲ οὔθ' οἱ εἰδότες, οὔθ' οἱ τῶν μὴ εἰδότων εἰδότες ὅτι οὐκ ἴσασιν, ἢ ἄλλοι λείπονται, ἢ οἱ μὴ εἰδότες, οἰόμενοι δὲ εἰδέναι. paulò poſt: αὕτη ἄρα ἡ ἄγνοια τῶν κακῶν αἰτία, καὶ ἡ ἐπονείδιστος ἀμαθία.

Ἐξηπάτηκε καὶ Πλάτωνα.) Huc referenda Platonis Epiſtola VII. Vid. etiam Plutarch. lib. πρὸς ἡγεμόνα ἀπαίδ.

Ἔκλεψαν δὲ μου.) Ipſiſſima verba Hippocratis profert Iulianus. exſtant autem lib. V. Ἐπιδημιῶν Sect. VII.

Ἀνδρείζεσθαι τὸν Νεῖλον.) Vix capio quid ſit ἀνδρείζεσθαι νεῖλον. magis puto, τὸ Νεῖλον, vocem hîc eſſe nihili. cauſſamque erroris petendam rurſus ab homonymia. nam additur in ſequentibus, τὸν Ἠλεῖον. Legendum igitur: Ἰουλιανὸς ἀκούσας ἐξαίφνης ἀνδρείζεσθαι τὸν Διονύσιον. Nempe tranſcribentium oculi dum ad ſequentia feſtinando reſpiciunt, quædam ex iis turbidè miſcent antecedentibus: indéque fit, vt bis eadem ſcribantur. Huiuſmodi fraudem initio huius Epiſtolæ indicaui. Et conſimilem nuper in Arnobio quoque obſeruabam, lib. V. aduerſ. Gent. Codex Rom. habet: *vellem inquam videre (dicendum eſt enim ſæpius) torquentem illum ſidera: & qui pallidas nationes fragore perterret, & proſternit, conſectantem veruecum greges, inſpicientem teſticulos arietinos, arripientem hos manu cenſoria illa atque diuina, qua vibrare coruſcos ignes, & ſæuire fulminibus ſuetus eſt: tum deinde ſecreta rimantem ferventi nullas ſummotiſque arbitris, circumiectas prolibus diripientem membranulas, ferventique adhuc matri, velut quaſdam inſulas eliciendæ miſerationis offerentem. &c.* Delenda illa: *ferventi nullas.* corrupta enim ſunt de ſequentibus: *membranulas ferventique.*

Τὴν παῤῥησίαν τὴν σήν.) Citantur hæc verba à Suida, in voce, Τετάρτων. ſed author non indicatur.

Digitized by Google

Κακηγόρῳ γλώττῃ.) Gloſſæ veteres: Κακήγορος, *Vituperator*, *Maledicus*, *Maleloquax*.

Ὑπὸ τοῦ Μώμου.) Hoc diſertè explicat Theophraſtus in Epiſtol. Μῶμος τῆς μὲν ἄλλων οὐδὲν ἔφη τῆς Ἀφροδίτης εἰπάσασθαι· τί γὰρ ἂν καὶ ἐμέμψατο; ἓν δὲ μόνον δυσχεραίνειν ἔφη, ὅτι τρύζει αὐτῆς τὸ ὑπόδημα, καὶ λίαν εἴη λάλον, καὶ τῷ ψόφῳ ὀχληρόν. Quod Iulian. σανδάλιον, Theophraſt. ὑπόδημα.

Scribebam Lutetiae Pariſiorum, pridie Kal. Octob. A. S. M.D.IIC.

Digitized by Google